que opere affinitas et cognatio, epocharumque et temporem par observatio, totius denique scriptionis color idem ac genius, eumdem utriusque auctorem fuisse satis ostendant, tametsi auctoris nomem nullum præferat inscriptio, quæ his verbis ibi concepta est: Declaratio consulum ex quo primum ordinati sunt. Etsi porro in exemplari nostro procedebant hi Fasti ad secundum usque Anthemii consulatum, hoc est ad ea tempora in quibus Idatii chronicon dessinit, atque a primis orsi consulibus omnia exinde ad eum usque annum paria consulum percensebant; nobis tamen, dum aliud consilium dies proferat, satius in præsens vissum est, eam dumtaxat partem edi quæ et ab antiquariis minus fuerat depravata, et memorabilium rerum varietate atque fructu, tibi acceptior, jucundiorque fore videbatur. Fruere itaque, lector, et vale.

De numerorum notis quæ Chronici et Factorum marginibus affixæ sunt.

114 In chronico Idatii, præter Olympiadas, et singulorum imperatorum annos, qui ordine digeruntur, duo præcipue numeri adnotantur. Unus major, cujus initium ducitur ab Abrahamo, hoc est, ab exordio chronici Eusebiani. Nam cum Eusebii chronicon continuaret. Idatius, consequens erat, ut ilius etiam epochas sectaretur. Hic igitur prior numerus est Eusebianus. Alter est æræ Hispanicæ, quam in Fastis quoque, ut Hispanis usitatam et familiarem adjecit. Hæcvero Christinatalem XXXVIII tantum annis antecedit, cum numerus Eusebianus præcedatannis MMXV. Quare si adsignata æra, Christi annum indagari placet, deducendi ab æra sunt anni 38, v. gr., Barbarorum in Hispanias ingressum in Chronico et in Fastis contigisse notat æra CCCCXLVII, deduc annos octo et triginta, reliqui fiunt 409. Is ergo Christi annus fuit, cum barbari in Hispanias penetrarunt. Quod sane confirmant reliqui etiam characteres, qui una ibidem comparantur. Olympias enim CCXCVII et consules Honorius VIII, Theodosius III et feria tertia, quarto kalendas octobris, omnia congruunt anno Christi CCCCIX. Rursus, prodigia quædam in Gallæcia VI Nonas Martias visa, eamque feriam sextam fuisse narrat in chronico, æra quingentesima. Si de quingentis tollantur 38 restant 462. Annus ergo Christi fuit 462, in quem et feria item illa quadrat, et Severi Augusti, qui Majoriano successit, annus secundus, cui hæc adscripta sunt. Atque in hunc modum ratiocinari in ceteris licebit, nisi si quando numeri suis locis antiquariorum culpa moti, scrutantium industriam et conatum eludem.

Aquí sólo hay que notar que este Cl. varon entendió las olimpiadas de Idacioen la acepcion comun, contra lo dicho en el § 7, segun lo cual no fué la entrada de los bárbaros en España en la olimpiada Eusebiana 297, año I, sino en su año 2. Bien conoció que habia yerros en la colocacion de los números, como confiesa en estas últimas palabras, pero no los notó; y el mayor es el de su ejemplo último de la era 500, que segun el órden del cronicon debia ser 502. Pero de esto tratamos en la nota 14, núm. 4, donde mostramos que desde el año 450 empieza el desórden, hallándose puntual lo antecedente si se entiende como debe.

El cardenal de Aguirre, tomo II, Collectionis Maximæ Concilior. Hispaniæ, pág. 168.

115 Idatium hunc auctorem Chronici, et Fastorum consularium, in hoc opere locum habere oportuit, ad epocham dignoscendam conciliorum, Patrum ac Regum Hispaniæ, quorum tempore ille vixit usque ad ultimam senectutem. Illum Sigebertus Gemblacensis appella *Episcopum Lemicae, Hispaniarum urbis*. Paschasius Quesnelius in notis ad epistole XCIII S. Leonis, mavult fuisse episcopum Lucensem, ab eodem Pontifice deputatum simul cum Ceponio, pariter episcopo, ad convocandum omnes Gallæciæ præsules, ut coacta synodo hæreses Priscilliani solemniter condemnarent. Censeo autem reipsa cohærere, aut perinde esse sententiam utriusque ejus scriptoris: quoniam circa hæc tempora, ac de cetero, iidem omnino fuerunt episcopi Lucenses et Lemicenses, solâ nominis differentia. Nimirum Lucenses denominati sunt a Luco, vulgo Lugo, urbe præcipua totius ejus Diœceseos: Lemicenses autem ducta, appellatione ab ea provincia, quæ Lemica tunc, postea corrupto vocabulo Limia dicta est, et cujus oppidum præcipuum appellatur Monforte de Lemos, ubi dominantur inter magnates primi ordinis Hispaniæ, excellentissimi comites De Lemos. Ita que nulla difficultas videtur obstare, ut hic idem Idatius fuerit indivissim episcopus Lemicæ et Luci.

Despues de esto trata de la distincion de Idacio Emeritense y Lemicense, aplicando al primero el dictado de Claro, contra lo que dijimos en el § II, pero resolviendo ser distinto del nuestro por el diverso tiempo en que florecieron. De la edicion que hizo este eminentísimo, ya hablamos en el núm. 78. De sí fué lo mismo Lémica que Lugo, véase lo dicho desde el núm. 35.

En el apéndice siguiente hallarás otra prefaccion notable de Mariana.

D. Nicolas Antonio escribió más á la larga que todos los precedentes sobre Idacio, así de su persona como de las demas cosas notables en cronología, patria, silla y escritos. Pero por lo mismo que escribió tan largo, y los conceptos se hallan aquí propuestos omitimos el alargarnos tanto.

Estando para dar á la prensa este tomo, vi la nueva edicion que se hizo de Idacio en la gran obra que ha tomado á su cuenta el Padre D. Martin Bouquet de la congregacion de San Mauro, intitulada *Rerum Gallicarum et Francicarum Scriptores*, en cuyo tomo I, impreso en París en el año 1738, reproduce el Idacio de Sirmondo y Du Chesne, dando sobre los testimonios de uno y otro el suyo en esta formr, pág, 612.

Martin Bouquet en el lugar citado.

116 Duobus tantum locis hic allatis, *en el testimonio de Sirmondo*, et bis in margine, adhibetur ERA HISPANICA in Idatii chronico, quæ si in singulis articulis apposita fuisset, certo colligi potuissent anni, quibus ea quæ narrantur, gesta sunt. Cui rei inservire nullo modo possunt numerus Eusebianus et olympiades, quales nunc extant. Nam numerus Eusebianus decimo quoque anno, olympiades quarto quoque anno notantur in margine e regione annorum imperatorum. Porro constat apud omnes, in Idatii chronico annos imperatorum ut plurimum turbatos esse, et suo loco motos. Turbatis annis imperatorum, turbari necesse est annos abrahamiticos, et annos olympiadum, qui annis imperatorum respondet. Hinc frustra monet Pagius, in annis ab Idatio expressis ad annos æræ christianæ reducendis semper ad annos Abrahæ attendendum: in cassumque laborat cum illud exequi tentat. Præterea in chronico annus decimus septimus Theodosii respondet anno Abrahami MMCCCCX, et annus primus Honorii respondet anno Arahami MMCCCCXI. En duo anni Abrahamitici, idem tamen estannus, quo Theodosius regnare desiit, et Honorius regnare cœpit. Honorio tribuit Idatius annos triginta Imperii a morte patris: Honorius tamen vicessimum nonum Imperrii annumnon explevit. Per viginti sex annos Valentiniani Imperii initium ducitur ab anno, quo Augustus Appellatus est, id est, ab anno 425: postea numerantur anni a morte Honorii, id est, ab anno 423. Tres Abito tribuuntur Imperii anni, cum tantum menses decem regnaverit. Quomodo in tanta turbatione anni Abrahami cum annis Imperatorum conciliari possunt? Igitur nulla habita ratione annorum Abrahami, Olympiadum, et imperatorum, annos Christi, quibus rex gestæ sunt, ad marginem notabimus.

Este sabio merece alabanza por la diligencia que puso en dar á los lectores los años marginales de la era vulgar, con unas breves notas al pié de cada plana. Pero habiendo desatendido todos los cómputos de Idacio, no puede autorizar con él ninguno de los sucesos que refiere en cuanto pertenece á la cronología, lo que es mucho defecto, sin que obliguen á tanto los argumentos que alega, porque no proceden contra la mente legítima de Idacio, sino contra el modo en que éste y otros autores le entendieron; v. gr., aquí se opone contra el cronicon, que en el año 17 de Teodosio se da el 2410 de Abrahan, y el 2411 en el primero de Honorio. Esto es falso, porque en la edicion de Sirmondo se pone el año 2410 de Abrahan con el 16 de Teodosio, como corresponde á la colocacion del decenario precedente 2400, el cual se confrontó con el año 6 de Teodosio, y añadiendo diez al seis, se infiere que el segundo decenario corresponde al año 16 y no al 17, pues desde seis á diez y siete, van once y no diez: luégo puesto el primer decenario sobre el 6, es preciso que el segundo corresponda al 16 y de ningun modo al 17. En esta suposicion resulta que el año último de Teodosio y el primero de su hijo Honorio no aumentan número en los años de Abrahan, áun mirada la edicion de Sirmondo. La razon es porque el tercer decenario se confronta perfertamente con el año 10 de Honorio; y por tanto se infiere que el primero de este emperador y el 17, último de su padre, no fueron dos años abrahamíticos, pues en tal caso mediaron once años entre el 16 de Teodosio y el décimo de su hijo, conviene á saber, uno en el 17 de Teodosio y diez en los de Honorio. Viendo pues que un decenario se pone en el año 16 del antecesor y otro en el 10 del sucesor, se infiere que el año 17 de Teodosio y el 1 de suhijo no aumentan unidad en los años de Abrahan, porque aumentada en cada uno, resultaban once años de un decenario á otro, lo queno es así, áun en la edicion de Sirmondo.

Pero dado que hubiera salido errada en esto, como lo está en posponer un año los de Abrahan desde el segundo decenario, en ningun caso ménos pudiera oponerse contra Idacia aquel yerro, pues vemos que el mismo autor ocurre á la equivocacion con su advertencia expresada en el núm. 103. Pero los autores que no han mirado el texto sino á los números marginales, se han equivocado, pasando á culpar á Idacio en lo que son ellos los culpados,

y así el primer cargo que le hace Bouquet procede de no buena inteligencia.

El segundo de los años que reinó Honorio tiene más fundamento en la edicion de Sirmondo; pero en la nota 9 mostramos el fundamento que hay para decir que no debe reducirse á Idacio, sino al que interpoló su cronicon.

El tercer cargo del modo de contar los años de Valentiniano tampoco es contra Idacio, sino contra el interpolador, pues desde el año 26 de Valentiniano empieza el principal vicio, como mostramos en la nota 14. Y así los defectos que hay en aquella parte no penden de que Idacio mudase las épocas de aquel emperador, como juzgó Bouquet, sino de haberse mezclado diferente mano. Lo mismo digo de los años de Avito, y áun de los de Marciano, de que habla despues aquel autor en las advertencias marginales. En órden á lo que se añade allí tratarémos en la última nota, donde nos remitimos.

CAPITULO VII.

IDATII EPISCOPI CHRONICON.

PRAEFATIO.

Idatius servus D. N. Jesu-Christi, universis fidelibus in Domino nostro Jesu-Cristo, et servientibus ei in veritate, salutem.

Probatissimorum in omnibus virorum studia, quos præcipue in Fide Catholica, et conversatione perfecta testes veritatis divini cultus docet assertio, ut ornantur decore dictorum, ita et commendantur honore meritorum, ut miram in omni opere suo obtineant firmitatem. Verum Idatius provinciæ Gallæciæ natus in Lemica civitate, mage divino munere, quam proprio merito, summi Præsul creatus officii, ut extreimus plagæ, ita extremus et vitæ, perexiguum informatus studio sæculari, multo minus docilis sanctæ lectionis volumine salutari; sanctorum et eruditissimorum Patrum in præcedent, opere suo pro capacitate proprii sensus auverbi, ostensum ab his secutus exemplar. Quorum primus Eusebius, Cæsariensis episcopust qui ecclesiasticas sui numeri libris scripsit historias, ab initio Nini regnantis Assyriis, et Sancti Abrahæ Patriarchæ Hebræis, et reliquorum contemporales his annos Regum, in vicesimum Constantini Augusti quo imperabat annum, græci sermonis Chronographiæ concludit historia. Post hunc successor syngrapheus, perfectus universis factorum dictorumque monimentis, Hieronymus presbyter idem Eusebius cognomento, de græco in latinum scripturæ hujus interpres, a vicesimo anno supradicti Imperatoris in quartum decimum Valentis Augusti annum subditam texit historiam. Esto ut in sanctis quibus deguit Hierosolymorum locis, a memorato Valentis anno in tempus, quo in præsenti vita duravit, forte quam plurima de his quæ sunt insecuta subjecerit: quia haud umquam, dum valuit, a diverso styli opere cessavit. Quem quodam tempore propriæ peregrinationis in supradictis regionibus adhuc infantulus vidisse me certus sum. Qui post aliquot annos beato ut erat mansit in corpore. Si tunc proprio operi quod subdidit aliqua subjunxerit, apud eos ad quos scriptorum ejus omne opus vel summa pervenit, certa et plena cognitio est. Sed quoniam in cujusdam studii sui scriptura dixisse eum constat, debacchantibus jam in romano solo barbaris omnia haberi permixta atque confusa, opinamur ex hujus indicio sermonis, in hoc per se annorum volumine subdito de successione temporum ab ipso nihil adjectum. Tamen quia ad nostri temporis cursum, ut superior lectio docet, descriptio defluxit annorum, cum membrana hujus historiæ curam contigisset expertis, mentem monuit imperiti, ut de cognitis, etsi in omnibus impari gressu, vel vestigiis se substerneret præcessorum. Quæ fideli suscipiens cordis intuitu, partim ex studio scriptorum, partim ex certo aliquantorum relatu, partim ex cognitione quam jam lacrymabile propriæ vitæ tempus ostendit, quæ subsequuntur adjecimus. Quorum continentiam gestorum et temporum, qui legis ita discernes. Ab anno primo Theodosii Augusti in annum tertium Valentiniani Augusti, Placidiæ Reginæ filii, ex supradicto a nobis conscripta sunt studio, vel ex scriptorum stylo, vel ex relationibus indicantum. Exin immerito adlectus ad episcopatus officium, non ignarus omnium miserabilis temporis ærumnarum, et conclusi in angustias Imperii Romani metas subdidimus ruituras, et quod est luctuosius, intra extremam universi orbis Gallæciam deformem ecclesiastici ordinis statum, creationibus indiscretis honestæ libertatis interitum, et universæ propemodum in divina disciplina Religionis occasum ex furentium dominantem permixta iniquarum perturbatione nationum. Hæc jam quidem inserta; sed posteris in temporibus quibus offenderint, relinquimus consummanda.

IDATII EPISCOPI CHRONICON

Años de Abrahan.	Olimpiadas.	Imp.		Años de Cristo.
»	289		Romanorum XXXIX. Theodosius per Gratianum in consortium regni adsumptus, cum ipso, et Valentiniano juniore regnat annis XVII.	
2396	AÑO 4	1	Theodosius, natione Hispanus, de Provincia Gallæciæ, Civitate Cauca (1), á Gratiano Augustus appellabatur.	379
			Inter romanos, et gothos multa certamina conseruntur.	
2397	CCXC	2	Theodosius Constantinopolim ingreditur in primo Consulatu suo, quem cum Gratiano agebat Augusto.	380
			Alexandriæ XXI habetur Episcopus, Theophilus, vir eruditissimus, insignis, qui a primo Consulatu Theodosii Augusti Laterculum per centum annos digestum de Paschæ observatione composuit.	
2398	2	3	Athanaricus rex Gothorum apud Constantinopolim, decimo quinto die ex quo a Theodosio fuerat susceptus, interiit.	381
2399	CCCCXX VII. Jobeleus ex quo Dominus ascendit.	4	Gothi infida Romanis pace se tradunt.	382
			Ambrosius in Italia Mediolani Episcopus, Martinus in Galliis Turonis Episcopus, et vitæ meritis, et patratis miraculis, virtutum habentur insignes.	
MM.CCCC	4	5	Theodosius, Arcadium filium suum Augustum appellans, regni facit sibi esse consortem. *(Primera época de Arcadio.)*	383
2401	CCXCI	6	Honorius nascitur filius Theodosii.	384
			Legati Persarum ad Theodosium Constantinopolim veniunt.	
2402	2	7	(2)	385
2403	3	8	Greothingorum gens a Theodosio superatur.	386
			Priscillianus declinans in hæresim Gnosticorum, per Episcopos, quos sibi in eadem pravitate collegerat, Abulæ Episcopus ordinatur: qui aliquot Episcoporum conciliis auditus, Italiam petit, et Romam. Ubi ne ad conspectum quidem Sanctorum Episcoporum Damasi, et Ambrosii receptus, cum his cum quibus iverat, redit ad Gallias. Inibi similiter a Sancto Martino Episcopo, et ab aliis Episcopis hæreticus judicatus, appellat ad Cæsarem, quia in Galliis his diebus potestatem tyrannus Maximus obtinebat Imperii.	
2404	4	9	Arcadii quinquennalia celebratur.	387
			Ramanæ Ecclesiæ XXXVI habetur Episcopus Siricius.	
			Priscillianus propter supradictam hæresim ab Episcopatu depulsus, et cum ipso Latronianus laicus, aliquantique sectarores ejus apud Treverim sub tyranno Maximo cæduntur. Exin in Gallæciam Priscillianistarum hæresis invasit.	

(1) Véase la nota 1.
(2) Véase la nota 2.